

quitur. Nam et qui preibant et qui sequebantur clamabant dicentes. **G**anna filio dauid. benedictus qui venit in nomine domini. **H**ec etiam vestis representat purpureum vestimentum quo milites circumdebant iherosolim. **Joh. xj. c.**

De caligis et sandalijs.

Superius de sex ornamentis tam sacerdotibus quam episcopis communibus dictum est. Nunc autem de nouem pontificum specialibus dicendum restat. Et prius de caligis et sandalijs videamus. Vestimentum autem pedum non habuit originem ab aaron qui dumtaxat in iudea conuersabatur. **H**ec quoque necesse non habuit. sed ab apostolis quibus dictum est. **C**untes docete omnes gentes nisi forte quia dixerit quod calige et sandalia in locum femoralium succedunt. Celebraturi igitur pontificis pedes interea dum dicuntur quique psalmi in preparatione euangelij pacis caligis et sandalijs calcantur. quorum pulchritudinem ammirabat propheta dicens. **Q**uaz speciosi pedes euangelizantium pacem euangelizantium bona. **V**nde apostolus ad **Col. 3.** Calcetis pedes calciamentis virtutum. Et in euangelio legitur dominum misisse discipulos suos sandalijs calcatos utique in preparatione euangelij pacis. **S**i enim calcati non essent quomodo super serpentes et scorpiones calcare potuissent. Cogitent igitur episcopi cur ita calcati sunt. imitentur eorum exemplum quorum imitantur calciamenta. **S**iquidem per pedes conuenienter affectus intelliguntur. **D**ebent namque habere affectus et desideria calcata. ne puluere terrenorum seu temporalium maculentur. **P**er huius quoque calciamentum prohibito pedum congrue intelligitur ne vicia ad illicita festinent. **Q**uia vero affectus facilius inficiuntur et maculantur tempore prosperitatis quod per dexteram. quam tempore aduersitatis quod per sinistram intelligitur. **H**ec ut maiori periculo citius occurrendum ostendatur a dextero pede pontifex incipit calciari. Prius tamen quam sandalia pedibus imponantur caligis induuntur. utque ad genua protensis ibique constrictis. quia predicator pedibus suis rectos debet facere gressus suos et genia debilia roborare. **M**az qui fecerit et docuerit hic magnus vocabitur in regno celorum. **C**alige quoque iacincti. id est aurei seu celestis coloris denotant quod celestes debent habere pedes. id est affectus et firmos ne claudicet. sed dicat confortamini pusillanimes. **E**t consequenter sandalia pedibus imponuntur que sic vocantur ab herba vel sandarico colore quo tinguntur. **N**obent autem desubter integram solem desuper vero corium fenestratum. quia gressus predicatoris et subter debent esse muniti ne polluantur terrenis iuxta illud dominicum. **E**xcutite puluerem de pedibus vestris. et sursum apertum quatenus ab cognoscenda misteria seu celestia reuelentur. iuxta illud propheticum. **R**euela oculos meos et committam te. **I**n hoc quoque quod desuper aperta sunt quod corda semper ad deum erecta habere et oculos mentis ad ea que sursum sunt aperire debemus significatur. **Q**uod etiam subtus solida sunt significat quod mentem in terrenis obtusam habere debemus. nec debemus querere bene

ditionem esau que in terris est. sed iacob que est in celis. **R**ursum quoque sandalia in quibusdam locis aperta et in quibusdam integra seu clausa sunt. designat quod euangelica predicatio nec omnibus reuelari nec omnibus abscondi debet iuxta illud. **V**obis datum est nosse misterium regni dei. ceteris autem in parabolis. **N**olite sanctum dare canibus. neque margaritas spergere ante porcos. **S**andalia quoque interius quandoque ex corio albo fiunt. quia necesse est intentionem candidam et conscientiam puram coram deo habere et exterius nigrum apparet. quia predicatorum vita propter tribulationem huius mundi nigra et despecta secularibus videtur. **Q**uandoque etiam rubeum ad vultum martirij designandum. et quandoque diuersis coloribus variatum in quo virtutum varietas quibus ornat esse debet significatur. **L**ingula vero a corio sepata supra pedem confurgens linguas eorum que predicatorum bonum perhibent testimonium significat. qui tamen quodammodo a spiritualium conuersatione separati sunt. **S**ecundo lingula ipsa spiritualium lingua est que predicatorum in opus predicacionis introduxit. **T**ercio etiam ipsius predicacionis linguam designat. linea vero ab ipsa lingula usque ad finem sandalij per medium eius procedens euangelicam perfectionem designat. linee vero ab utroque latere procedentes que in fine sandalij ad ipsam lineam mediam referuntur. ibique terminantur legem figurant prophetiam. que in euangelio recapitulatur. et in eo determinantur. **S**uperior quoque pars sandaliorum per quam pes introducit varijs conuenitur fomiculis ne duo eius cornua defluant seu ab invicem disjungantur. ad notandum quod predicator seipsum varijs alligare debet virtutibus atque scripture sententijs ne ipsius inmensa ab his que exterius lucent coram altissimo disjungantur. **I**psa quoque sandaliorum ligatura significat quod prelatus qui huc illucque discurrere habet gressus mentis firmare debet cum in turbis versatur. **Q**uia vero corrigie huc illuc atque manibus ducuntur ut sandalia firmetur et ligetur significat quod predicator sic firmo gressu incedere debet ut nulli onerosus existat. et ne in via ministrando deficiat. **N**am frustra velociter currit qui priusquam ad meta perueniat deficit. **M**istice enim sandalia cursu predicacionis significant. **Q**uandoque tamen sandalia non ligantur. quia christi incarnatio aliquando humanis sensibus aperta est ut est panis inuolui et in presepio ponitur. **A**liquando vero corrigie sandalijs supererogantur. quia scriptum est. **Q**uodcumque supererogaueris ego cum rediero reddam tibi. **P**otest etiam dici quod calige significant illam lotionem de qua dominus ait. qui lotus est non indiget nisi ut pedes lauet. **S**ed quia non sufficit mundicia cordis absque paciencia persecucionis. **H**ec fecerunt centones rubei qui martirium figurant. qui autem in corde mundiciam et in voluntate si opus fuerit habuerit pacienciam. securus accedet ad predicacionem quam sandalia designant apostolica. **P**orro secundum quod capit. scilicet christo conueniunt sandalia aliud designant. pontifex enim in altaris officio capitis sui. scilicet christi cuius est membrum representat.

tans personam dum pedibus assumit sandalia illud incarnationis dominice calciamentum insinuat. te quo dominus ait in ps. In pedum meam extendam calciamentum meum id est in gentibus notam faciam in incarnationem meam. Venit enim ad nos calciata diuinitas ut pro nobis dei filius sacerdotio fungere. Per lingulas autem que cum pedibus ipsa sandalia constringuntur illud idem accipimus quod per calciamenti corrigiam iobā. bap. significauit cum ait Quis non sum dignus cor. cal. soluere. vniōne vitz ineffabilem. et copulam carnalem insolubilem. quibus verbi diuinitas nostre se carni coniunxit. Sane mediātibz caligis pedes sandalijs coniunguntur. quoniam anima mediāte carne diuinitati est vnita. sicut enim pes corpus sustentat. ita diuinitas mundū gubernat. Vnde adorare scabellum pedum eius quā sanctum est. Verum scdm decretum Grego. diaconi nō debent vti compagis id est sandalijs. neqz manipulis id est calciamenti episcopalis absqz in bulgencia sedis apostolice speciali. Olim enim vtebatur. quia eorum erat discurrere per comitatū. Hodie ergo nec ipsi nec sacerdotes vtuntur. sed episcopi solum. vt per varietatez sandaliorum notetur varietas officiorum. Preterea episcopi habent p. plebes discurrere sacerdotes vero domino hostias imolare. Clerici autem romane ecclesie ex concessione constantini imperatoris vti possent calciamenti cū vtonibus. id ē candido lintheamine.

De succinctorio et orali.

De succinctorio nil aliud dicimus quā quod sub zona et cingulo. vt in proximo huius partibus dictum est. Sane romanus pontifex post albam et cingulum assumit orale quāquam videlicet sindonem quod capiti quasi in modum veli imponit et replicat super humeros et ante pectus. legalis pontifex ordinem sequens qui prius lineam strictam et zonam induerat ephor id est superhumere cuius locum modo tenet amictus. Assumit etiam crucem quandam catenulis insertam quā a collo suspensam sibi statuit ante pectus. quoniam et legalis pontifex iste crucem gerit in pectore et sic signo crucis aurea lamina cessit. Nam misterium quod in quatuor literis aurilamina continebat. in quatuor partibus forma crucis explicuit. iuxta quod inquit apostolus. Vt comprehendatis cum omnibus sanctis que sit latitudo et longitudo. que sublimitas et profundum. Sacramentum ergo quod ille tunc per laminam referebat in fronte. hoc iste iam recōdit in mente. nam corde creditur ad iu. ore a. conf. ad sa. Et scdm iheronimū. Auro legis sanguis euāgelij preciosior est. Crucē quoque statuit sibi ante pectus ad designandum quod ait apostolus. Glorificate et portate deū in corpore vestro. Imponendo autem sibi et deponendo crucem illam osculatur ad notandum quod christi passionem que per illam significat credit et confitetur ad quam representandaz in officio missę se parat.

De tunica.

Dest appōsiram stolam pontifex induit tunica que alibi subtile. in lege vero poterim. idē tala

ris dicebatur significantem perseveranciam. Vnde ioseph inter fratres suos talarem vestem describit habuisse. cum enim ceterę virtutes in stabio currant perseverancia tantum brauium accipit. quomā qui perseverauerit vsqz ad finem hic saluus erit. Vnde precipitur. Esto fidelis vsqz ad mortem. et dabo tibi coronam vite. Rursus ideo post albam tunica induitur. quia sicut per albam castigatio corporis. ita per tunicam virtutes intime intelliguntur quas semper debet habere perfectus. Porro tunica nō cingitur quoniam scdm sui formam iter non impedit. sic et virtutes per illam designate liberum iter ad contemplationem dei prebent. sed alba cingitur prout cingulo dictum est. In veteri testamento erant due tunice videlicet bisina. et iacinctina. Exo. xxxix. c. Et hodie etiam quidam pontifices duabus vtuntur ad notandum quod proprium est eorum habere scienciam duorum testamentorum vt sciant de thesauro domini proferre noua et vetera. siue vt se ostendat diaconos et sacerdotes. Preterea vnaqueque earum tipum proprium gerit. quoniam alba que bisina siue linea est castitatem significat vt sub titulo de alba dictum est. Prima etiam tunica si serica est. quia originem trahit ex vermibus qui sine coitu creantur. castitatem et humilitatem demonstrat. Secunda tunica que iacinctina esse debz sicut et olim erat colotis lapidis iacincti que etheris serenitatem imitatur sanctos significat celestia cogitantes et imitant. siue celestem conuersationem. Sicut enim lapis ille colorem cum aere mutat. nam in sereno aere serenus et in obscuro pallidus est. sic specialiter debz episcopum gaudere cum gaudentibus. et flere cum flentibus. Si autem illa alterius coloris fuerit. fiet alterius significatōis. Ceterum pontifex vnam tunicam sub alia induit ad notandum quod sicut copiosa tunica a populo non videtur. sed tantum a clericis scitur. ita et ratio sublimium et virtutes quas perfectus semper habere debet que per illam significatur patere non debent omnibus. sed maioribus et perfectis. Porro scdz quod capiti. id est christo conuenit hęc vestis que in veteri sacerdotio iacinctini coloris erat et habebat pro fimbrijs malapunica. cum tintinnabulis aureis ab inferiori parte dependencia vt pontifex totus vocalis incederet prout dicitur sub titulo de legalibus indumentis celestem christi doctrinam insinuat. cuius noticiam habuerunt omnes qui bus dicitur per prophetā. In montem excelsum ascēdit tu qui euangelizas sion. precipue tamen hanc tunicam habuit euangelice tēxerix doctrine sapiencia dei ihesus christus. et dedit illam apostolis suis. Omnia inquit quod audiui a patre meo nota feci vobis. Hanc ergo significauit illa tunica domini quā milites scdere noluerunt eo quod esset inconfutillis desup cōtēta per totum damnū fore maximum existimantes in quo significatum est quā damnosū sit qui doctrinam euangelicam hęresibus scindere moliant. Sub diaconus quoque vtitur tunica de qua in sequenti tractatu dicitur.

De dalmatica.